Cax. 12. 1
25

NIC. REVSNERI, LEORINI, IVRISCONS. COMITIS PALATINI CÆSAREI,

CONSILIARII SAXONICI, ACADEMIÆ IENENSIS Anteceſſoris, & Collegii Iuridici Senioris,

SENTENTIARVM

Sive

Deciſionum Iuris ſingularium Liber I.

Quæ & Conſiliorum, & Præiudiciorum loco eſſe poſſunt.

Cum priuilegio Cæſareo & Saxonico.

Num. 45. cax. 6. num. 28.

CVRA ET STVDIO
Collegii Muſarum Nouenarum Paltheniani,
Quod eſt
IN NOBILI FRANCOFVRTO.
M. D. XCIX.

15326

AD ILLVSTRISSIMVM CELSISSIMVMQVE PRINCIPEM AC DOMINVM, D. VDALRICVM DVCEM MEGAPOLENSIVM, PRINCIPEM HENETORVM, COMITEM SVERINENSIVM, ROSTOCHII ET STARgardiæ Prouinciarum Dominum, &c. Principem & Dominum clementiſſimum,

NICOLAI REVSNERI IVRISCONSVLTI PRÆFATIO.

ILluſtriſsime Princeps, Domine clementiſsime: ſcripſerunt iam olim ſtante adhuc libera Republica Romana, & poſtea ſub Cæſarum imperio, veteres Iuris Romani auctores & prudentes, quorum nomina in Pandectis leguntur, non modo Reſponſorum & Quæſtionum: verum etiam ex his nonnulli, ac præcipue Iulius Paulus Receptarũ Sententiarum, vt & Vlpianus Opinionum, aliquot libros & volumina: quibus & fori ac iudiciorũ diſputationes, et rerũ iudicatarũ auctoritates (quæ præiudicia nominãtur) ad omnẽ poſteritatis memoriam continerentur. Quorum operã atq; induſtriã æmulari temporum noſtrorum Iuriſconſulti, in obſeruandis annotandiſq; curiarum & tribunaliũ ſententiis ac iudiciis, plurimũ quoq; elaborarũt: quas vel Obſeruationes, vel Deciſiones, vel Quæſtiones inſcripſerunt: in quib. multarum grauiſsimarum cauſſarum controuerſiæ prudenter deliberatæ, & in vtramque partem diſceptatæ, ac maturo conſilio ſapientum diiudicatæ leguntur: vt non immerito ſemel ita diſputata & ſtatuta, adferant exemplum iudicaturis, quod ſequantur. Neque enim dubium eſt, poſſe ex his libris nõ ſolum cauſſarum aduocatos & patronos, ſed alios quoque conſultos, & iudicandi munere fungentes, ſemper aliquid petere aut deſumere: cui tanquam fundamento, in conſulendo aut iudicando, confidenter ac tuto inniti queant. Optabile autem eſſet, & magno pretio digniſſimum: ſelectiores controuerſi iuris ſententias atque deciſiones, quæ in his libris exſtant, & bonis fundatas rationibus, & diſputatione prudentum

NICOLAI REVSNERI LEORINI IVRISCONSVLTI SENTENTIARVM

Sive

DECISIONVM IVRIS SINGVLARIVM

LIBER I.

An nominis diuini Inuocatio, vt & Indictio, omiſſa, vitiet teſtamentum inter liberos, nec ne?

DECISIO I.

SVMMARIA.

1. *A Deo rerum omnium capienda primordia.*
2. *Mos vetus in cuiuſque rei auſpicio proclamandi.*
3. *Inuocatio nominis diuini in reſcriptis Imperatorum & Pontificum, eorumque libris præponi ſolita.*
4. *Principium in decreto aut reſcriptis exordium vſurpari ſolitum, Dei gratia.*
5. *Inuocatio nominis diuini quid operetur: & an ea omiſſa vitiet inſtrumentum. n. 6.*
7. *Ratio dubitandi de vtroque triplex generalis: & de teſtamento inter liberos vna ſpecialis. n. 8.*
9. *Ratio decidendi duplex: vna de inuocatione nominis diuini omiſſa, quod non vitiet inſtrumentum: altera de indictione. n. 10. & quatenus n. 12.*
11. *Mos indictionis numerandæ quando cœperit.*
13. *Magis de honeſtate, quam neceſſitate ſolennitas hæc requiritur.*
14. *Semper in dubio ea obtinet ſententia, quæ cum teſtamento facit: non obſtante communi opinione contraria. n. 15.*

PRÆCLARE & omnino diuine Syneſius ſcribit in Epiſtolis: θεὸς ἐν ἀρχῇ παντὸς ἔργου καὶ λόγου. Signifi-
1 cans † nimirum, Deũ cuiuſuis & operis & ſermonis auſpicem eſſe debere. Nam, ut ex Pindaro Ariſtides in Panegyrico refert, θεοῦ δ᾽ ἐξάρχοντος, ἀρχαὶ ἰθεῖαι δὴ καὶ ὁδὸς εὑρεῖν τὸ προκείμενον, hoc eſt, Deo monſtrante initium, expedita eſt via inueniendi id, quod propoſitum eſt: adeoque (vt vetus verbum habet) θεοῦ παρόντος καὶ τὰ ἄπορα πόριμα. Præſente Deo omne impeditum fit expeditum.

Quam † ob cauſam etiam antiquitus re- 2
ceptũ fuiſſe ex Pauſaniæ auctoritate confirmat Euſtathius: vt in cuiuſque rei auſpicio, ΘΕΟΣ ΘΕΟΣ, inſtar celeuſmatis, proclamaretur. Quod & ipſum non immerito obſeruaſſe videtur Plato in principio de legibus: apud quem cum Athenienſis quidam ambigue leges a Deo aut homine quopiam inuentas eſſe diſputaret: reſpondit Clinias: Θεός, ὦ ξένε, θεός: Deum ſcilicet ſolum legum eſſe auctorem aſſeuerans. Sed & Pindarus alicubi compendio ſermonis ἐκ Διὸς ἀρχόμενοι, id eſt, a Iouis exordio dixit: perinde vt Aratus, ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα: quod Maro noſter imitatus ita canit: *A Ioue principium.*

Idem † quoq; poſterioribus temporibus 3
ſecuti Principes & Imperatores Chriſtiani, vt & Pontifices, ac præcipue Imperator noſter Iuſtinianus, paſſim libros ſuos auſpicantur ab inuocatione nominis diuini: *vt patet ex Proœmio Inſtitutionum, & l. 2. C. de offic. præfec. prætor. Africæ:* vbi Iuſtinianus hæc verba in principio ponit: IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI ad omnia conſilia omneſque actus ſemper progredimur. Idemque facere ſe teſtatur idem Imperator *in Authen. de quæſtor. & in Authen. de armis:* Extatque ſimile exemplum *in can. 1 diſtinct. 27. & paſſim alibi.* Quod & cum primis ita faciendum monet Apoſtolus inſigni illo dicto: Omnia quæ facitis, aut in verbo aut opere, facite IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, *vt eſt in can. non liceat. 26. q. 5. & c. non obſeruetis. 26. q. 7.*

Sic † & Principes hodie ſua reſcripta & 4
decreta exordiri ſolent; Dei gratia, omne quod faciunt, facere ſe proteſtantes, *vt teſtæ-*

NIC. REVSNERI, LEORINI, IVRISCONS.

COMITIS PALATINI CÆSAREI,
CONSILIARII SAXONICI, ACADEMIÆ IENENSIS
Anteceſſoris, & Collegii Iuridici Senioris,

SENTENTIARVM
SIVE
Deciſionum Iuris ſingularium Liber II.

Quæ & Conſiliorum, & Præiudiciorum loco eſſe poſſunt,

SVMMARIIS ET INDICE INSTRVCTVS LOCVPLETISSIMO.

Cum priuilegio Cæſareo & Saxonico.

CVRA ET STVDIO
Collegii Muſarum Nouenarum Paltheniani,
Quod eſt
IN NOBILI FRANCOFVRTO.
M. DC.

NIC. REVSNERI, LEORINI, IVRISCONS. COMITIS PALATINI CÆSAREI,

CONSILIARII SAXONICI, ACADEMIÆ IENENSIS
Anteceſſoris, & Collegii Iuridici Senioris,

SENTENTIARVM

Sive

Deciſionum Iuris ſingularium Liber III.

Quæ & Conſiliorum, & Præiudiciorum loco eſſe poſſunt.

Cum Priuilegio Cæſareo & Saxonico.

CVRA ET STVDIO
Collegii Muſarum Nouenarum Paltheniani,
Quod eſt
IN NOBILI FRANCOFVRTO.
M. D. CI.

NIC. REVSNERI, LEORINI, IVRISCONS. COMITIS PALATINI CÆSAREI,

CONSILIARII SAXONICI, ACADEMIÆ IENENSIS
Anteceſſoris, & Collegii Iuridici Senioris,

SENTENTIARVM
Siue
Deciſionum Iuris ſingularium Liber IIII,

Quæ & Conſiliorum, & Præiudiciorum loco eſſe poſſunt.

Cum Priuilegio Cæſareo & Saxonico.

CVRA ET STVDIO
Collegii Muſarum Nouenarum Paltheniani,
Quod eſt
IN NOBILI FRANCOFVRTO.
M. D. CI.